Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26339
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& lignis a summis sacerdotibus & scribis. & ase
moribus. Dederat autem traditor eius signum
eis dicens. Quemcumque osculatus fuero.
ipse est. tenete eum. & ducite cautte. Et cum
uenisset. statim accedens ad eum ait. Rabbi;
& osculatus est eum. At illi manus iniecerunt
in eum. & tenuerunt eum. Vnus autem quida
de circumstantibus educens gladium. per
cussit seruum summi sacerdotis. & ampu
tauit illi auriculam. Et respondens ihc.
ait illis. Tamquam ad latronem existis
cum gladius & lignis comprehendere me;
cotidie eram apud uos in templo docens.
& non me tenuistis; sed ut impleantur scrip
ture. Tunc discipuli eius relinquentes eum.
omnes fugerunt. Adolescens autem quidam
sequebatur eum. amictus sindone super
nudo. & tenuerunt eum. At ille reiecta sin
done. nudus profugit ab eis. Et ad duxerunt

m clxxxii. II ccc i. l ccl xxxvi

m clxxxiii. I ccc ii l ccl xxxvii. p clx

m clxxxiiii. I ccc iiii l ccl xxxviii. p clxx

m clxxxv VI ccc v.

m clxxxvi. X sol.

m clxxxvii. I ccc vi l ccxc. p clxii.